

05

A

384





45

DE FOEDERIBUS
DISSERTATIONEM POLITICAM
SUB AUSPICIIS DIVINI NUMINIS
MORE INSTITUTOQVE MAJORUM
PRO LOCO

*IN AMPLISS. FACULTATE PHILOSOPHICA
BENEVOLE SIBI ASSIGNATO
P. P.*

M. JO. FRIDERICUS SCHARFIUS,

RESPONDENTE

M. JOHANNES MÜLLERO,
HAUSVALDÄ-LUSATO, ELECTORAL. ALUMNO
AD D. XXI. MENS. JUNII, HORIS SOLEMNIBUS
VENTILANDAM.


WITTEBERGÆ,
LITERIS EXCUDEBAT JOHANNES HAKE,
clō. lōc. LXX.



ELECTORALIS AD ALBIM ACADEMIÆ
RECTORI MAGNIFICO,
DECANO SPECTABILI,
VENERANDO SENIORI,
CÆTERISQUE
INCLUTI COLLEGI PHILOSOPHICI
PATRIBUS UNIVERSIS,
VIRIS
REVERENDIS ADMODUM, EXCELLENTISSIMIS, NOBILISSI-
MIS, AMPLISSIMIS ET CELEBRATISSIMIS,
DOMINIS PATRONIS AC PRÆCEPTORI-
BUS SUI OPTIME MERITIS ET SUMMO SEMPER
STUDIO
DEVENERANDIS, DEAMANDIS:
S. D.

05 A 384
His Dominis, Magnis Fautoribus ac Patronis,
*Fortuna qui sunt robora firma mea,
Pro meritis meritas quando persolvere grates
Non valeo, quamvis lingua animoq; preter:
Ne tamen ingratus, levis officiperda saluter,
Sedulus evito, gratus ac esse volo.
Dedico nunc igitur pagellas hasce minutas,
Non munus, testes sed modo mentis erunt.
Ut sic accipiant, & me fulcire favore
Porro dignentur, supplice mente peto.*

M. JO. FR. SCHARFIUS, F. PH. ADJ.



QVOD. BENE. VERTAT.

J E S U S.

ANGELUS. FOEDERIS. DESIDERATISS.
DEUS - HOMO.

BENEDICTUS. IN. SECLA!

HAud abs re nos facturos abitramur, si, animum ad præsens negotium applicantes, nobilissimam hanc, quæ est de Fœderibus, materiã, publicæ solemniquè ventilationi sistamus. Lubet autem, ne trita violetur methodus, immorari a-
liquantisper in limine, & quæ circa Nominis ratio-
nem observanda veniunt, prælibare. Verborum enim
secundum Ictum (a), semper prior, rerum autem poste-
rior debet esse interpretatio, nec nisi fractis hisce putami-
nibus nucleus unquam gustari poterit.

§. 2. Sanctum itaque ac venerabile Fœderis No-
men quod concernit, manasse illud quam plurimi putant
à Fide (b); quia, ut in omni contractu, præsertim bonæ
fidei (c), integra & bona fides requiritur; ita & in Fœdere
(d). Et non modò fides inviolata, sed & ab omni suspici-
one remota (e). Unde ab Ennio quoque *Fidus* dictum fu-
isse testatur VARRO (f). Ex quo post non sine causa fa-
ctum Fœdus videri poterat, quod Antiqui pro i sapissimè
uterentur, uti in libello suo, frugis sanè eximix, de usu
antiquæ locutionis, docet AUSONIUS POPMA (g). Alii

A 2

dedu-

(a) Arg. l. i. ff.
de just. & jur.
Rein King. de
Regim. Sec. &
Eccl. lib. 1.

class. 1. c. 1. pro
(b) Bodin lib.
5. de Republ. c.
6. in pr.

(c) I. 3. C. de
resc. Vend.

(d) Seneca l. 1.
Ep. 8.

(e) Livius 622.
Herod. l. 1. c. 8.
histor. G. Vici-
ardinus lib. 2.
Hist.

(f) Varr. l. 4.
LL. pag. 22.

(g) Aus. Popm.
l. 1. c. 2. pag. 17.

(h) *Zastus l. 2. §. & ita leges, m. 19. ff. de orig. Jur. Bodin. m. dict. loc.*
 (i) *Liv. lib. 1. §. 24.*
 (k) *Polydorus Vergilius de invent. rer. lib. 2. c. 15. Alex. ab Alex. lib. 5. gen. dier. c. 3. Schönborn. lib. 4. c. 35.*
 (l) *Vid. Cluten. in fasci. paradoxar. 1b. 19. lit. B. Langius in Polyanth. pag. m. 435. VVaremund. def. c. 3. n. 17.*
 (m) *S. Pagnin in Thesuro Ling. Sanct. pag. m. 332. Buxtorf. in Lex. Ebr. Chald. j. m. 88.*
 (n) *Förster. in Diction. Ebr. in Voc. כרת.*
 (o) *For. Roman. part. 2. pag. m. 269. B. Buchnerus in Thesuro Fabr. Emend. pag. 392.*
 (p) *V. Glöß. in Philol. Sacr. & B. VValther. in Harmon. Bibl. adloc. all.*

deducunt ab adverbio *foedè & cœdendo* (h), quia apud Romanos ad foedera facienda utrinque Feciales adhibebantur, qui firmato foedere porcum cœdebant silice, ejusmodi exitium imprecantes capiti illius qui prior foedus violasset (i). Hic tamen modus pangendi foedus non fuit unus idemque semper, sive varios populos alios, sive ipsum Romanum spectemus; alibi enim alium ritum fuisse adhibitum constat (k). Quidam à *Fecialibus*, i. e. Sacerdotibus, per quos Foedera fiebant, sicut per seculares bella (l). Verum, ut primam derivationem falsitatis non arguimus, ita alteram tertiamque illi, & si quæ sunt, aliis, præferimus.

§. 3. Ebrai generale nomen habent כרת quod significat rem, quam duo vel plures eligunt, & de eâ conveniunt: à Rad. כרת *elegit*, quia socii prius eligendi, quam diligendi (m). Nonnulli, annotante FÖRSTERO, (n) judicârunt dictum pro כרת à Rad. כרת quæ *scindere*, & cum voce כרת juncta, *ferire & scindere pactum* significat, sicut & ipsi Latini dicunt: *percutere seu ferire foedus*: (o) Phrasi sunt à vetustissimo ritu, qui circa pacta servabatur, & descriptus est *Gen. 15*. Ubi Abraham jussu DEI quædam animalia dissecabat, volentis eò ipso confirmare promissionem & fidem ipsius. Sic illius ritus meminit quoque *Jeremias c. 34*. *Et tradam viros qui transgrediuntur pactum meum, qui non firmaverunt verba pacti, quod sciderunt coram me, cum vitulum sciderent in duas partes, & transirent inter partes ejus. LXX.* Interpp. Ebraicam hanc vocem semper Διαθήκην reddiderunt; quæ testamentum πρῶτος notat, duobus exceptis locis, *Deut. IX, 15*. ubi voce μαρτυρίαι & *1. Reg. X, 11*. ubi voce ἐντολῆς utuntur. Sanè & alia in Scripturis vocabula occurrunt, quæ foedera & pacta significant; sed rariora illa sunt, quare non adscribenda censuimus. (p). *Græcis* communissima vox est συνθήκη, *foedus & pactum* (q), sed in

(q) *Scapula Lex. Græc. Lat. pag. 1626.*

scriptura N. Testamenti non legitur. In Veteri Test. LXX. in versione sua, ea usi sunt, *Esa. XXX. 1. ἐποίησατε καὶ συνθήκας ὃ δὲ διὰ τοῦ πνεύματος* & *Esa. XLIX. 15. Dan. XI, 6.* In Novo Test. occurrit vox Διαθήκη, quæ apud Bibliorum Interpp. fœdus & pactum significat. Notandum, inquit HIERONYMUS (r) quod *ἡθή* verbum Ebraicum Aquila συνθήκην, i. e. pactum interpretatur: LXX. semper διαθήκην, i. e. testamentum: & in plerisque Scripturarum Locis testamentum, non voluntatē defunctorum sonare, sed pactum viventium *Luc. 1, 72. καὶ μνησθήσεται διαθήκης ἀγίας αὐτῆς. Eph. II, 12. καὶ ξένοι τῶν διαθηκῶν τῆς ἐπαγγελίας.*

§. 4. Apud Latinos idem ferè sonant, *Fœdus, Societas, Amicitia, &c.* Uti cum ex aliis, tum verò vel præcipuè nobis constare potest ex CORNELIO NEPOTÈ, Scriptore longè majoris præstantiæ, quàm vulgò censetur; qui nunc ea conjungit, tanquam Synonyma, nunc sine discrimine de eadem re jam aliò, jam iterum aliò utitur. (s). FLORUS autem *Commercium* pro fœdere dixit (t). Alii fœdus *Unionem* vocant, præsertim istud Germ. Principum, quod Halæ Svevorum Anno 1610. pactum, de quo *Auctor des Calvinischen Models / & Christ. Ungersdorff. in der Erinnerung von der Calvinisten Art und Feindseligkeit gegen dem H. Röm. Reich.* (u). BESOLDUS, HOENONIUS & PETR. FABER Inducias atque pacificationes pro Synonymis habent: Sed hæ non alio fine fiunt, quàm ut paciscentes se invicem non offendant, nec aliud quàm pacem præstent: Simplicibusq; Juris gentium terminis subsistunt, ne alter alterum offendant; in Fœderibus verò auxilium mutuum promitti solet. (x). Galli Inducias *suspension d'armes* dicunt; Treugas verò, quæ longiores induciæ sunt, Latinis *Treves*, at Fœdera *alliances* ratione æternæ pacis. Qua de re consulendus omninò THOLOSANUS, inclutæ famæ Jctus (y). Germanis

A 3

(r) Hieron. in Malach. c. 1.

(s) Vid. Index Bæclerian. in Voc. Societas, amicitia.
(t) Flor. lib. 3. c. 5. n. 19.

(u) Conf. Goldastus in pol. Imp. Germ. ult. part. Contra en. tract. de pac. Ger. Page 15.

(x) Besold. l. 2. Polit. c. 6. §. 10. sect. 2. n. 3. & de fœd. c. 2. n. 5. Hanon. th. 7. lit. A. Petr. Fab. lib. 1. Semest. cap. 7.

(y) Tholof. in Syntagm. Juris Univ. lib. 10. de action. Confevatur quodq; Ayala de jure & officio bellicis, lib. 1. c. 7. Meisch. tom. 4. decis. 2. n. 88.

Voca-

vocatur eſt Bund und Bunds Eingung/ Hispanis atque Italis *Liga*, quod vocabulum & in Aurea Bulla reperitur, tit. 15.

§. 5. Est porrò uſus hujus vocis non ſimplex apud bonos Auctores. Ut compendii rem faciamus, uſurpatur I. *Impropriè*, pro certo & à naturâ vel Numine cuiſibet attributo ordine, qui abs ſemet temerè migrari non poſteſt; ſic apud VIRGILIUM(x):

(x) Virg. lib. 1.
Georg. v. 600.

*Continuè has leges aternâq; fœdera certis
Impoſuit natura locis.*

Sed Pater omnipotens —

*— Regemq; dedit (ſc. ventis) qui fœdero certo
Et premere, & laxas ſciret dare juſſus habenas. (z)*

(z) lib. 1. Æ-
neid. v. 65.

II. *Propriè*; atque ſic (I) γενικῶς, ut generatim dicatur de omnibus divinis, humanis, publicis & privatis contractibus, matrimoniis, deditioe &c. Hinc apud Eundem (aa);

(aa) in Ciri v.
414.

*Ille ego ſum Minos, ſacrato fœdere conjux
Dicta tibi.*

(bb) Flor. lib. 4.
c. 2. num. 13.

(cc) Liv. l. 1. c.
2. & l. 9. p. m.
208.

Neq; alia ratione fœdera matrimonii dixit FLORUS (bb) LIVIUS autem domesticum fœdus matrimonium appellat (cc), & opponit fœderi publico. Deditioem fœdus nominat lib. 9. p. m. 208. Ubi Teates, inquit, Apuli impetrarunt, ut fœdus daretur, neq; ut æquo tamen fœdere; ſed inditione populi Romani eſſent. (z) ειδικῶς, & ſpeciatiim notat illud, quod publicâ autoritate & ſolenni ritu initur; diſtinguiturque non tantum à contractibus privatorum; ſed & à contractibus Regum circa negotia privata. In hac ultima acceptione noſtræ conſiderationis eſt, & cum *Præceptore noſtro Venerando, Dn. D. VV ENDE LERO* (cujus ſenectuti DEUS benedicat!) nec non cum *Arumæo, Hænonio, Beſoldo, Avenario, aliisq; Viris Celeberrimis*, ſic deſcribere placet: *Fœdus eſt pactum publicum inter Principes aut civitates liberas de re quæpiam licitâ & honeſtâ ſibi mutuò præſtando*

DEFINITIO.

Standa ad Reip. salutem solenniter conventum. (dd). Cum iis ve-
rò minimè pugnabimus, qui Fœdus *conventionem vel etiã*
contractum appellitant, quippe quæ nomina, si rectè intel-
ligantur, illi non disconveniunt. Maluimus tamen in
exponendo genere nomen pacti adhibere, cum & haud
pauci Politicorum, nec non Jctorum, nobis hujus sint au-
tores.

§. 6. His prælibatis, accedimus jã ad Fœdera ipsa, in quorũ
tractatione principẽ assignamus locum iis, qui contrahe-
re inter se fœdera possunt, quique Efficientis nomine ve-
nire plerisq; solent. Et quamvis regulariter quidem pan-
gunt illi, qui jura Majestatis habent; ac proinde superio-
rem non recognoscunt: ut sunt Imperator, Reges, &c.
(ee). Attamen Electores quoq; Principes, & alios Im-
perii Romano Germanici Ordines pro generali pace &
quiete fœdera inire posse, constat *ex Aur. Bull. tit. 15. & Re-*
cess. Imper. Immò & Civitates maximè Impe-
riales liberas privilegio isto gaudere extra omnem
controversiam aleam positum putamus per verba A. B. d. c.
15. §. 1. & fœdus Svevicum, cui multæ interfuerunt Civita-
tes approbatum per R. J. 1500. *Wen wegen der Städte in*
Schwäbischen Bundt. De Civitatibus autem Hanseati-
cis, (ita forte dictis, quod maxima illarum pars mari ad-
ficiat, (ff) quid statuendum multis hæret aqua? an
earundem aliàs satis celebre fœdus, justum ac legitimum
censeri debeat? quod antequam enodemus, in anteces-
sum origo hujus Fœderis, sed non aliter quam obiter, levi-
que quod dicitur brachio, excutienda erit. Sunt quidam,
qui originem hujus fœderis ad tempora vetustissima, ac
ea quidem imprimis, quæ annum Christi millesimum du-
centissimum longè antecedunt, referre contendunt. Ast
quam benè monstrat Illustris & nunquam absque præfati-
one honoris nuncupandus Dn CONRINGIUS (gg), ita ra-
tiocinans: *Quoniam Lubeca cum aliis Vandalicis Civitatibus*
Societatis caput semper audivit, quomodo quaso ultra earum
primor.

(dd) Pl. Re. ad
Excell. D. D.
Vendel. Pol.
sect. 2. cap. 1. §.
9. & 10. A. Gen.
Coll. Pol. disp.
12. th. 2. Hanom.
disp. pol. ult. th.
2. Besold. Coll.
Pol. class. po-
ster. disp. 6.
EFFICIENS
FOEDERUM
CAUSA.

(ee) Braud.
lact. in Epit.
Jurispr. Publ.
c. 1. §. 213.
Bornic. de jure
majest. c. 25.
Argumento l.
7. ff. de capt. &
post. Ludov.
Rudolph. de su-
prema & abs-
princip. poteste
c. 2. Besold. de
jure fœd. c. 30.

(ff) Vid. V. V. V. V.
neri Thesaur.
pract. in voce
Hanse
Städte.

(gg) Dn. D.
Conring. in
Exercit. de
Urbib. Ger-
man. th. 850.

(hh) Matth.
 Stephani de
 jurisdict. lib. 2.
 part. 2. cap. 3.
 n. 2.
 (ii) VVar. ab
 Ehrent. de
 Feder. cap. 2. n.
 44.
 (kk) Reckerm.
 lib. 1. Polit. cap.
 24.
 (ll) Deducunt
 hoc latius Do-
 minic. Aru-
 maus de Co-
 mit. cap. 4. n.
 131. Idem, ad
 A. B. disc. 6.
 th. 10. Rumeli-
 nus ad A. B.
 part. 2. dissert.
 4. th. 34. J. h.
 Limnaus de
 Jur. publ. lib. 7.
 c. 1. n. 79. seqq.
 B. Carpz. de
 Leg. Reg. c. 6.
 sect. 10. n. 10.
 seqq. Dan. Ot-
 to de jur. publ.
 cap. 11. Johan.
 Angl. VVer-
 denhag. in pra-
 fat. part. 1. §
 3. de Rebus-
 publ. Hanscat.

*primordia excurrere origo potest? Cœperunt autem conditi seculo
 duodecimo declinante, scilicet eo tempore, quo omnis balbica
 ora jugum Danicum exiit. Id quod circa annum 1259. contigit.
 Ut ita exinde concludere in arduo minimè sit, post annum
 sexagesimum hoc fœdus cœpisse. A quo non multum ab-
 sunt MATTH. STEPHANI (hh), WAREMUNDUS ab
 EHRENBURG (ii), KECKERMANNUS (kk), alii, qui
 tempus originis anno 1270. tribuunt. Licitum autem Fœ-
 dus hoc esse tradunt Auctores, quorum rationes sequenti-
 bus imprimis innituntur. Primum scilicet ex A. B. tit. 15.
 constat, clandestinas tantum malitiosasq; subditorum cō-
 fœderationes, nō verò pro pace publicā conservanda ini-
 tas, qualis & hæc est, illicitas esse. Conservandi verò bo-
 ni publici causâ fuisse contractam hanc societatem, nemo
 non dabit, qui qualis rerum complexus tum, cū coierunt
 inter se hæ Civitates Fœdere, fuerit, ex Historia petet. (ll)
 Deinde hoc ipsum Fœdus robur atqve autoritatem à con-
 firmatione Caroli IV. aliorumq; Imperatorum accepit.
 Accedit quod longo jam temporis privilegio sit munitū.
 Reliqua consulto jam præterimus. Qui auct ea scire, a-
 deat Præcellentem Dn. M. Theod. Kirchmaierum, Colle-
 gam ac Fautorem nostrum æstumatissimum, plenius de
 hisce Civitatibus Hanseaticis disserentem.*

§. 7. Sicut autem in pactis omnibus attendenda est
 persona, cum qua paciscimur; ita & in Fœderibus, quæ
 ex usu Reipubl. esse debent, præprimis in personarum,
 cum quibus illa ferimus, qualitates inquirendum est.
 Et cum Personæ vel sint Ethnicæ, vel Christianæ, vide-
 bimus, quibus cum Christianis fœdera ineunda. In Chri-
 stiano, seu Principe jus Majestatis habente, seu Re-
 publ. libera, quæ vel ex concessione Principis,
 vel ex contractu, vel ex privilegio fœdera junge-
 re potest, primò omnium fortunam & mores: sub
 fortuna potentiam & res antegestas ponderemus: illam sa-
 ne, quia societates potentiores ad securitatem multum
 confe-

conferunt; aliasq; egestas dirimit societates, nihilq; verius illo Bruti Tribunipl. dicto apud Livium: *Unam esse tenuium adversus potentiores securitatis cautionem, ut potentes, si nocere velint, non possint.* Potentiam verò non opes, pecuniam, & divitias tantum interpretamur; sed cū LIPSIO (mm) ea etiam fines imperii, opera, imò virtutes Principis, virosq; comprehendimus, juxta illud DEMOSTHENIS (nn): *πόλεως ἔγωγε πλεῖστον ἡγεμονίαι συμμάχους, πίσιν, εὐνοίαν.* *Civitatis opes duco commilitones, socios, fidem, benevolentiam.*

Non glomerare manum bello, & concurrere in arcem

Cum sociis ardent animi: furor iraq; mentem precipitant. (oo).

Quique non mediocri potentia valeant; sed & in proximo habitent (pp). Nunquam enim stabile & diuturnum, quod à remotissimis & invitis promittitur animis. (qq). Et notissimum est dictum Itolorum: *L'acqua lontana non spegne fuoco vicino.* Nam si loci opportunitas absit, non facile in presenti periculo adfulgebit auxilium: quum remoti non ita citò se nobis conjungere possint; & vicinorum animi arctius etiam quasi naturæ vinculo copulati videantur ad mutuam auxilium ac defensionem præstandam (rr) *Res verò gestas etiam intueamur, quomodo & quales se erga alios gerant & gesserint confederatos. Qui enim crudelēs, perfidi, nihil veri amant, Deum nec timent, nec metuunt, jurisjurandi religionem susque deque faciunt, ab eorum fœdere abstinendum est. Verissimum enim est illud CICERONIS (ss): Nulla nobis est societas cum Tyrannis, sed summa distractio; & hoc omne genus pestiferum atque impium, ex hominum communitate exterminandum. Et Divi AMBROSII (tt): Qui fieri potest, ut homini sit amicus, qui Deo fuit infidus?*

§. 8. Sub bonis animi comprehendimus animorum conjunctionem & morum convenientiam. Non enim a-

B

micitia

(ss) Cic. offic. 3, c. 6. (tt) Ambros. 3. Offic.

[mm] Lipsius
de magnitudi
Rom. Imper.
lib. 1, c. 3.
[nn] Demosth.
Orat. Philo.
3.

[oo] Virg. Æ-
neid. 2, 315.

[pp] Aristot.
Rhet. cap. ult.
(qq) Dion. Sic.
lib. 20. Just. lib.
22.

(rr) Choquier
lib. 2. Thesaur.
Polit. c. 11. Rec-
kerman. dist.
33. Curs. Philos.
q. 18. Ma-
chiavell. lib. 2.
de Republ. disc.
1. Besold. lib. 2.
Polit. c. 6. n. 16.
& eiss. de fœd.
c. 4. n. 11. El.
Reusner. lib.
3. Stratag. c. 3.
Reinh. König.
part. 1. theatr.
Pol. c. 5. n. 136.

(uu) Melch.
(un. qv. ast. Po-
lit. 74.

[xx) Eberh. à
Vveshe de
fœd. lib. 1. c. 2.

(yy) Bodin. de
Rej. lib. 5. cap.
6.

(zz) Vid. A-
rum. de Jur.
Publ. discours.
27. cap. 28.
Borrig de nat.
Jur. Majest.
1. ch. 16. Heigry
part. 1. qv. ast.
11.

(aaa) Petrus
Martyr class.
4. Loc. C. mm.
cap. 6. n. 23. Al-
beric. Gentil.
lib. 3. de jure
beli cap. 3. f.
Althufius cap.
35. Polit. num.
51. Schönbor-
nerus lib. 4.
Polit. c. 36. f.
468. & 469.
Timpler. lib. 4.
Pol. 9. qv. 8.

amicitia firma & libertas tuta, ubi animorum exulat con-
junctio (uu). Mores verò Principum aliorum, virtutes
& vitia, item potentiam, quoque vitæ genere delectetur
Princeps, per Legatos ad aliud principale negotium tra-
ctandum missos obiter explorabit, ut svadet EBERHAR-
DUS à WEIHE (xx). Quibus tutius credetur, quàm vul-
gi sermone & famæ. Si enim his semper fides haberetur,
etiam innocentissimus quisque vel hoc vel illo vitio tra-
duci posset: sicut Electorem MAURITIUM Saxonix Du-
cem, & ALBERTUM Brandenburgicum; hunc Docto-
rem, illum Licentiatum perfidiæ, vulgus appellasse (ut
imprudenter privata licentia scribit BODINUS (yy) scil.
quod Gallo civitates Imperii occupanti in omnibus non
amplius voluerint ad stipulari. (zz). Ad animorum con-
junctiorem referimus etiam consensum Religionis, si
non universalem, tamen fundamentalem. Est enim re-
ligionis concordia subditorum & confœderatorum maxi-
mum vinculum, quod corda & voluntates eorum potissi-
mum invicem conciliat & conglutinat: E contra verò nul-
la ex re major animorum & voluntatum distractio, Re-
rum publicarum pernicies nasci potest, quam ex religio-
nis diversitate: Ut ad objectionem SIGISMUNDI III. Re-
gis Poloniae respondit Serenissimus CAROLUS IX. Sve-
corum Princeps hæreditarius Anno 1595. quod habetur
in Exegeti Historica Svecorum pag. 126.

§ 9. Verum enim verò, an cum diversæ Religionis
hominibus aut Principibus salvâ conscientiam fœdus inire
liceat, nec ne, id multis verbis disputatum à pluribus jam
dudum est. (aaa). Et habet omninò res non parum diffi-
cultatis. Dividere autem fermè fœdera solent in Ecclesi-
astica, quæ Religionem solam respiciunt: merè Politica,
quæ super civilibus rebus ineuntur: & mixta; quæ sunt,
defensio religionis, ubi quæri solet, an in religionis propu-
gnatione imperiorum aut hereticorum auxilia flagitanda, an uni-
us Dei subsidiò & ope standum? item in quibus requiritur, ne
errores doctrina, quibus altera confœderatorum pars est im-
mersa,

mersa, ab ministerio Ecclesiastico taxentur & refutentur. De primo ultimoque genere statuere Theologorum est, quod nobis hic arrogare velle nefas est. De societate autem est merè Civili & Politicâ, si quæstio est, reperimus sanè, eâ non simpliciter esse interdictum. (bbb). Si enim licitum, commercia & contractus civiles cum hominibus religionis diversæ exercere, quod summa nos docet necessitas, cum, ut Poëta canit:

*Non tellus eadem parit omnia, vitibus illa
Convenit, hæc oleis, hic bene farra virent.*

Cur non etiã liceret Fœdera cum iisdem inire ad legitimam sui defensionem? Pace enim & tranquillitate cessante, cessant plerumq; commercia. Deinde ex jure naturæ hausimus, quod vim vi repellere liceat. Nam ut diversitas Religionis iis, qui injustè opprimuntur, non obstaculo est, quò minus secundum jus naturale defensionem ejus suscipiant, quem injustè ab aliis opprimi vident, ita etiã nihil impedit, cujuscunq; religionis sit, per quem nos & nostra defendimus; quò minus illa defensio nomine juris naturalis veniat. Nec nobis exempla desunt Sanctorum, qui urgente necessitate cum diversæ religionis hominibus fœdus percusserunt. Sic Fœdus Jacobus fecit cum Labano Idololatra (ccc), Josua cum Gibeonitis (ddd), Salomon cum Rege Hiram (eee), Judas Maccabæus cum Romanis (fff), Jonathas & Onias cum Romanis & Spartanis (ggg), Romani & Spartani cum Simone (hhh), & Simon cum Romanis. Sed quid antiqva profero exempla, cum recentia ubivis obvia sint? quis ne scit, Svecos Lutheranos cum Gallis Papistis contra Electorem Brandeburgicum & Imp. Rom. atqve Danosterrâ mariq; bella gerentes; Lubecenses, Bremenses ac Hamburgenses cum Batavis; Danos cum Hollandis fœdera iniisse? ut pluribus exemplis supersedeam; quorum magna series posset adduci. Collectis autem omnibus omnium rationibus, hæc earum summa reedit: quòd scilicet liceat cum iis agere, negotiari, res rationesq; contrahere, commercia exercere,

(bbb) Grotius
lib. 2. de Jure
Bellis & Pac.
cap. 15. §. 8.
seqq. D. Ger-
hardus de Ma-
gistr. Polit. sect.
4. §. 1; 4. seqq.
Brochmann.
part. 2. Syst.
Theol. Loc. de
Magistr. Pol.
sect. 6. §. 5013.
& seq. Heif.
Ulr. Hunn. de
part. c. 9. q. 8.
Rein. König. de
l. cap. 5. n. 82.
cum seqq. Be-
sold. de fœd. c.
4. n. 2. & 3.
(ccc) Gen. 31.
v. 44.
(ddd) Jos. 9. v.
15.
(eee) 1. Reg. 5.
v. 12.
(fff) 1. Maccab.
8. v. 20.
(ggg) 1. Macc.
12. v. 1.
(hhh) 1. Macc.
14. v. 18. 20.
& 24.

(iii) *Celeberr.*
Dno. D. VVen-
deler. in Polit.
pag. m. 620.
ReinKing. de
Regim. sec. &
Ecc. l. 2. class.
3. c. 3. n. 33. Dan.
Otto de Jur.
Publ. cap. 11. §.
3. VVurmsfer.
Exercit. Acad.
8. q. 6. & 7.
VVar. ab E-
rent. in Medi-
tam. pro Fæd.
Avenar. in
Coll. Pol. disp.
12. lib. 5. Kirch-
ner. de Republ.
disp. 17.

(kkk) *Pamor-*
mitanus in c.
quod super X.
de voto. Lan-
densis de bello
q. 9. & c. 71.
Corsett. de po-
rest. reg. parte
4. q. 33. Affli-
ctus in feud.
tit. de pace.
Schrad. in de-
lin. iur. belli
concl. 4. Socin9
conf. 20. Ol-
drado. Conf.
71.

& si quæ præterea civilem statum attinent: auxilia verò eorum, nisi urgente extremâ necessitate, desperatis cœteroque in rebus omnibus, implorare non liceat. (iii). Ad- dunt etiam nonnulli, brevioribus limitibus circumscri- bendam ejusmodi societatem esse, & sedulo cavendum, ne nimia commixtio contagium afferat infirmis.

§. 10. In controversiam præterea vocatur & illud: Num Principi Christiano pro sui suorumve defensione, cum Principe infideli, veluti ipso Turcâ, contra Princi- pem & quidem Christianum, fœdus ferire liceat, vel si ab aliquo Principe Christiano prematur, auxilium pete- re? (kkk). Aegerrimè sanè tulit CAROLUS V. Impera- tor, cum intellexisset Franciscum primum Gallia Regem cum Turcæ Imperatore fœdus contraxisse, proindeq; il- lum non minùs quàm Turcam ipsum pro communi Chri- stianorum hoste habendum constituit in *Recess. Spirens. d. Anno 1544. §. und demnach/versic. und dieweil/ & §. So ach- ten wir.* Contrahendo sanè amicitiam cum inimicis, præ- sumitur & ipse inimicus factus *l. liberi 28 in illis verbis: vel inimicis suis suas amicitias copulavit, C. de inoffic. testam.* Paria etiam videntur esse inimicum & amicum inimici, propterea quod similis quis præsumitur illis, cum quibus illi est amicitia, consuetudo & familiaritas. Nec dubi- um, quin illi suæ potius utilitati, & salutis inserviant, quàm alienæ; ac premente hostium metu, aut victoriæ lau- dem prædamq; sibi tribuant, aut fugæ latebras quærant. Sunt porro ejusmodi fœdera quoq; admodum periculosa, cum occasione mutandæ religionis præbeant, raroq; apud infideles fides inveniat. Cæterum pro decidèda quæstione potiora videntur argumenta negantis quàm affirmantis sententiæ (III). Sed nulla iniquitas inire possint fœdera? & num- ne culpandi ideo, quibus pacis jura & amicitia cum illis intercedunt? an furcis expellendi sunt, qui cum infideli- bus

(III) *Vid. ReinKing. lib. 2. class. 3. q. 5. n. un. Hunnius de pactis c. 2. q. 4. Zepperus lib. 4. de Legibus Mosaicis, c. 6. Coler. de jur. Imp. Germ. concl. 77. König. part. 1. c. 4. n. 83. Otto de jur. publ. c. 51. Besold. de fœd. c. 4.*

bus Turcis fœdera contrahere non verentur? Neq; adeo rigidi sumus, ut simpliciter cum infidelibus quibusvis illicita dicamus fœdera; sed hanc tamen conditione improbamus: si absit necessitasurgens & evidens. Hinc mediâ viâ cum CELSO MANCINO [mmm] incedimus, cujus verba hæc sunt: *Ego semper arbitratus sum, si Principi Christiano bellum sit cum Principe etiam natura legis, ei non licere infidelium auxilio uti simpliciter loquendo; neq; pro sui tutela atq; defensione. At verò si bellum justum sit infideli; tunc posset Christianus Princeps contra infideles auxilio infidelium uti.* Ex quibus hæc duo notanda: (1) quod contra fideles & sic contra Religionem vel Christum illicita sint fœdera cum impiis. Ne si pangantur fœdera, Principi obtingat, quod FRANCISCO I. Galliarum Regi jamjam morituro exclamanti: *Perii, heu perii, qui volui esse fœderatus ei, qui est hostis Christiani nominis.* Cardinali Guilio consolationem ex sacris literis suppetenti respondisse fertur [nnn]: *omnis misericordia mihi clausa est; qui ut amuli mei vel gloriam infuscarem, vel injuriam vindicarem, fœdus pepigi cum Turca, & Christianorū capita tanquam armenta ad Mahometanam servitutem vivus vidensq; passus sum abigi.* [2] Quod contra infideles alios licita sint necessitate urgente. Ejusmodi ergo fœdera nō simpliciter improbantur; sed tum demum, quando absque ulla legitima causa quidam in fœdus descendunt cum infidelibus; ac velut ad ludum jocumq; transfiliunt.

§. II. Materia Fœderum sunt omnia ea, quæ ad Reipubl. salutem faciunt vel commodiorem conservationem. In genere tamen requirimus, ut sint res licitæ, legitimæ, possibiles, honestæ, ac legibus permixtæ. [ooo] Quæ enim pacta contra leges & bonos mores fiunt & præstiti impossibilia sunt, obligandi vim habere non possunt, imò omnes contractus & omnes conditiones, quæ turpem continent causam, aut ad delinquendum invitant, quæ fiunt conscientiam contradicente & legibus prohibentibus, non modò inutiles esse, sed & planè nullos, & pro infectis haberi, indubitati juris est. In specie autem fœdera contra-

B 3

hi so-

(mmm) Celsus Mancino capo 18. in tract. de juribus Principatuum lib. 6. folo. 253.

(nnn) Sleidas nus lib. 15. Comm. pag. 332.

MATERIA CIRCA QUAM, SIVE OBJECTUM

(ooo) Dn. Lysseus in dist. de Fœd. §. 7. Brandl. de c. 15. p. 214.

hi solent vel de Religione, vel de mutuis auxiliis, vel de commerciis, vel aliis Rempubl. & publicam rem concernentibus. Atque hinc pertinent Conditiones Fœderum, de quibus etiam pauca quædam subnectemus, siquidem & ea debent esse honestæ, æquæ, possibiles: item certæ ac perspicuæ, [ppp], ut callidas interpretationes haud admittant.

(ppp) Bodin.
lib. 1. de Re-
publ. c. 6. n. 580.
Hanon. d. d. sp.
Pol. ult. th. 29.
VVar. ab E-
renb. d. c. 2. p.
188. Besold. de
Fœd. c. 5. n. 20.
seq. König. d.
cap. 5. n. 155.
**FOEDERUM
CONDITIO-
NES, ATQUE
FORMA.**
(qqq) Petr.
Fab. lib. 1. Se-
mestr. c. 7. ara-
gumento 1. 7.
S. 1. ff. de capt.
& de post.
Tholos. de Re-
publ. lib. 11. c. 4.
Cuiac. lib. 1.
obf. 22. & 27.
Otto, dict. loc.
c. 11.
Mantic. l. 27.
de tacit. con-
sent. tit. 7. n.
10.
Reckerman.
lib. 1. Syst. Pol.
c. 24. p. 190.
(rrr) Arnisaus
de jure Majest.
c. 4. n. 8. Val.
Förster. de *

§. 12. Conditiones illæ, sub quibus Fœdera contra-
hantur, aut sunt æquales, aut inæquales [qqq]. Æquales
sunt, quum pari jure ac lege in fœdus & amicitiam veni-
unt. Unde Fœdus hoc vel est in eadem re, vel simili. In
eadem re; ut in mutuâ defensione; & sic omninò æquale
est. In simili; ut quum una Respubl. defensionem & peri-
culum, altera pecuniam & com meatum subministratio-
nem æquivalentem promittit. Inæquales conditiones sunt,
quum non tantum, quantum ab unâ parte promissum est,
ab alterâ expectatur: cujusmodi Fœdus est vel inter Pa-
tronos & Clientes, & dicitur *Fœdus Clientelare* sive *protecti-
onis*, *Schutz und Schirms Gerechtigkeit*. [rrr], quod alter
alterius defensionem, & is vicissim mutua obsequii tenetur
relatione. Clientela enim nihil aliud hodiè est, quàm
gratuita & confœderata sociatio ex justa & probabili cau-
sa inita, quâ liber populus alterius majestatem comiter ob-
servare tenetur, ut ab injuriâ potentiorum tutior esse pos-
sit (sss). Vel inter Principem & ejus Tributarios, & voca-
tur *Fœdus miserabile*. Atque hoc Doctores improprium
appellant, seu quasi Fœdus. Forma denique Fœderum
ipsa est pactio sive obligatio. Quò pertinent Ceremoniæ
ac Solemnitates, quæ apud varias Gentes variæ fuerunt.
Romanorum morem refert Livius lib. 1. c. 24. Apud quos
Fœdalis ex jussu Regis sumtâ herbâ purâ seu sanctâ, quam
sagmina vocabant, feriebat porcâ filice, dicens: Sic â
Jove feriatur is, qui sanctum hoc fregerit fœdus, ut ego
hanc

* *jurisdict. Rom. part. 2. nu. 175. Reckerm. dict. c. 24. p. 391.*
seq. Besold. d. c. 5. n. 7. Kirch. diss. 7. th. 2. (sss) Brandlachs Epit.
Jurispr. Publ. c. 3. pag. m. 216. VVarem. lib. 1. c. 4. Bodin. de
Rep. l. 1. c. 9. n. 108. Grotius de antiquit. Batav. c. 3.

hanc porcā ferio. Hinc *Claudius Caesar* cū Regibus
 Fœdus in foro icit, porcā caesa, & veterē Fœcialium præ-
 fatione adhibita. Extant & hodiè denarii argentei, quos
 ab Italicis populis, quo tempore bellum Marficum motū
 est, cufos esse, facile constat. In alterā namque parte
 conspicitur *imago Italiae, capite laureato*; in alterā *conju-*
rati, & in medio, *unus, qui porcā sustinet*; cuius immolati-
 one Fœdera ab antiquis fieri solita, indicat quoque illud
 Virgilii (ttt) -- *Et caesa jungebant fœdera porcā*; nec non illud
 Ciceronis (uuu): *In eo fœdere, quod factū est quondā cum Sam-*
nitibus, quidam adolescens Nobilis porcā sustinuit, jussu Impe-
ratoris. Scythæ verò hoc modo fœdus sanciebant: *Infuso in*
grandem calicem vino, commiscebant eorum sanguinem, qui fe-
rarent fœdus, percutientes cultello, aut incidentes gladio aliquan-
tulū corporis; deinceps in calice tingeant sagittas, securim, jaculū;
hæc simul atque fecissent, sese multis verbis devoventes, poculum
evacuare, non modò ii qui fœdus faciebant, sed etiam comites il-
li, qui erant maxima dignitatis (xxx). Fœdus firmantes *Medi*
 & *Arabes*, missum è leviter vulneratis brachiis aut polli-
 cibus sanguinē invicem lambebant. (yyy) *Baucæ* fœdus
 fœdus super occultam fossam, & quoad humus ea ita se
 haberet, tamdiu fœdus in eā regione ratum fore sentie-
 bant. (zzz). *Pannonii, Tartari, & alii populi* alium adhi-
 buerunt morem (aaaa). Duo autem maximè insignia
 Fœderis & amicitiae Symbola apud Antiquos fuerunt, Pa-
 nis nimirum & Sal, quorum quidem usu & esu fœdera con-
 firmare solebant. Unum alimenti, alterum condimenti
 instar obtinet: utrumq; v. *φιλadelphίας* & benevolentiae
 tessera & signum est. Hinc *Macedones* patrio ritu fœdus,
 quod sanctissimum vellent haberi, sic inibant, ut panem
 gladio divisum uterq; libaret (bbb). Eandem apud *Mo-*
schos consuetudinem receptam esse testatur SIGISMUN-
 DUS BARO ab HERBERSTEIN (cccc). Sal non tantum
 in Gen

SOLEMNI-
 TATES A-
 PUD VARI-
 OS VARIOS
 (ttt) Virg. lib.
 8. v. 641.
 (uuu) Cic. lib.
 2. de Inventis.
 cap. 30.

(xxx) Herodotus
 lib. 4. Solin.
 cap. 35. Pomp.
 Mela lib. 2.
 Geogr. pag. 42.
 Alex. ab Ale-
 xand. lib. 5.
 Gen. dier. c. 3.
 Camerar. cent.
 2. hor. subcis.
 c. 87.

(yyy) Tertullus
 in Apologet. c.
 Tacit. in Ner.
 Salustius in
 Catilin. Conf.
 Valer. Max.
 lib. 9. c. 11.

(zzz) Herodotus
 lib. 3. p.
 160.

(aaaa) Vid. Avent. in Ann. Bojor. lib. 2. Cromer. rer. Pol.
 lib. 30. Polydor Vergilius de Invent. rer. lib. 2. c. 15. Stuck. lib. 1. An-
 siq. c. 30. (bbbb) Curt. lib. 8. Cael. Rhod. lib. 28. Antiq. c. 15.
 (cccc) Sigism. Baro ab Herberstein. in descript. Mosc.

(dddd) *Plin.*
lib. 31. c. 7. Ti-
bull. cl. 4. lib. 3.
Horat. 3. Odar.
23.
(eeee) *Levit.*
2. 6. 13. Num.
18.

(ffff) *Bodin. de*
Rep. lib. 5. cap.
6.

in Gentilium sacrificiis adhibitum esse comprobatur PLINIUS (dddd); sed etiam gentis Israëliticæ (eeee). Quod tum vitæ morumq; puritatem, tum divini Fœderis cum isto populo firmitatem & stabilitatem adumbrat. Quid autem hodie in usu, consule *Besold. lib. 2. Polit. c. 6. n. 31.* & *dissert. de fœd. cap. 6.* Plura enim adjicere, chartarum prohibet angustia.

§. 13. Fœderis Confirmationem quod spectat, juramento & solenni prece sive nominis divini invocatione fieri consuevit. Idque cum primis usitatum fuit apud eos, quorum fides sociandis suspecta. Hinc CAROLUS Burgundiorum Dux LUDOVICUM XI. Regem Galliarum, cui nihil credendum putavit, referente BODINO [ffff], nova jurisjurandi religione obligavit. Alii insuper non contenti confirmatione per juramentum factâ, præcipuè si cum hostibus erat contrahendum, etiam obsides solebant rogare & recipere, ut in *Fœdere Chamborico* factum inter Gallum & MAURITIUM Electorem; ubi Gallo obsides dabantur Christophorus Dux Mechlenburgicus & Philippus Landgravius Hassiæ. Interdum & Castella oppidave munita, ut eo minus de Confœderatorum fide dubitare liceret. Quamvis itaque juramentum præcipuus Fœderatorum sit nexus, quippe quod plus faciat, quàm simplex promissio, verum tamen nõ adeò necessarium ducimus ad Fœderis confirmationem, sed sufficere putamus, si quis conventa se servaturum per suam fidem, vel cum clausula loco juramenti: *Ich will zwar nicht schweren / aber mich doch an Eynes Stat zu halten verpflichten /* promiserit. Accedit quod hodiè plerumq; per nominis propriâ manufactam subscriptionem & insignium annexionem non parum roboris pactis Fœderibus soleat accedere. Et ut firmiora & sanctiora sint Fœdera, sæpè in Senatu, vel in Curiâ majore, vel in Comitibus Optimatû Populiquè promulgantur. Nec subditorum sive Ordinum consilium in Fœderibus contrahendis negligendum est.

est (gggg) : quum nullum firmitus Principibus sit praesidium subditorum benevolentiam (hhhh). Cautionum omnium, quibus foedera firmantur, felicissima putatur, si ea, adfinitate & propinquitate contracta, jungantur (iiii) : nam & aperta bella hac ratione commodè sopiuntur.

§. 14. Panguntur autem Foedera vel perpetua vel temporaria. Quorum haec ad certum Reipubl. tempus vel ad confederati Principis excessum ; illa, quamdiu Gentis nomen est, durant [kkkk]. Et hinc referendum venit *Fœdus hereditarium* [seu pactum Confraternitatis die *Erbvereinigung / Erbverbrüderung /*] quò cavetur, ut alterius stirpe extincta patrimonium eius ad alterum certam successionis lege perveniat. Quale inter Illustriss. DUCES SAXONIAE & LANDGRAVIOS HASSIAE Anno 1373. sancitum & Anno 1432. 1555. 1587. & 1614. renovatum insuper & à CAROLO IV. Anno 1373. RUDOLPHO II. Anno 1597. imò ab omnibus Impp. vigore Capitul. art. 4 confirmatum est (llll). Inter Duces Saxoniae & Hennebergicos anno 1554. Kal. Septemb. pactum, quorum nunc extinctorum Principatus ad Saxoniae Duces devolutus est. Plura silentiò veneramus exempla, quae videri possunt apud Nobiliss. Dn. SCHÖNBORNERUM (mmmm). Easque pactiones Reipubl. utiles esse ostendit CL. Dn. NIC. REUSNERUS (nnnn) : 1. Quia sic familiarum senescentium splendor & dignitas conservatur. 2. Privatorum commodis hisce pactionibus prospectum est, ne illi alienis & peregrinis Dominis subiciantur. Siquidem satis deplorandum, videre antiqua Majorum praedia & castra devolvi ad externos (oooo). 3. Et publica denique salus ejusmodi innititur confederationibus (pppp). Ad harum classem referre etiam solent *Ganerbinatus*, qui nihil aliud sunt quam societates & confederationes Nobilium excellentiorum sui defendendi causa inter adversus latrones, qui tunc temporis homines undique infestabant.

C

Cujus

(pppp) Andr. Knichen, d.c. 52. n. 78. seqq. Heig. lit. 1. q. 2. ff. 23. n. 24. Gail. l. 2. ol. f. 127. n. 5. Chassan. in catal. glori. mundi part. 5. Concl. 23. n. 107.

(gggg) Eberh. a. V. Veihe d. lib. 1. c. 2. n. 223. Bodin. d. l. 5. c. 6.

(hhhh) Liv. lib. 8. Senec. lib. 1. de Clem.

(iiii) Nicol. Bess. de pact. famil. cap. 6. p. 166.

Besold. de Fœd. c. 5. n. 5. & c. 6. n. 3. Bod. loc. cit. p. 906. seq.

(kkkk) Kirchner. de Ref. disp. 17. Besold. d. l. th. 19.

(llll) Chytraus in Chron. Sax. lib. 18. f. 534.

V. Varem. ab Erent. lib. 1. c. 2. n. 26.

Knichen. de jur. Sax. Gerl. Electorum c. 2. n. 73. seqq.

(mmmm) Schönborn. lib. 2. cap. 13. pag. m. 157.

(nnnn) Reusner. lib. 1. Consil. 7. n. 34.

(oooo) l. 38. ff. de rei confed. l. 22. C. de ministr. tutela.

(9999) Rit-
tershus. in
Partit. Feud.
lib. 1. c. 17. p.
257.

(rrrr) Confe-
derur R. A. An.
1500. in Comi-
tibus August.
& Vormat.
An. 1495. Item
August. 1548.
Videatur &
Ordinatio Ca-
mera 1555.

Ad. Paup-
meister. lib. 2.
Jurisd. c. 8.

Körst. de succ.
4. t. 24. Vult. de
Feud. c. 9.

(ssss) Bodin. de
lib. 5. c. 6.

Conf. Dn. D.
Vendelerus
d. l. pag. m. 360.
& Besoldus i.
c. 6. 29.

FINIS FOEDERUM

(cccc) B. Carp-
zov. in Comm.
ad L. R. cap. 9.
no. 170

Cujus rei originem DN. D. RITTERSHUSIUS antiquita-
tis solertissimus observator, ad ea refert tempora, quibus
in armis jus positum erat, zu der Zeit/da das Faust-Recht
im Schwange ginge. Ubi ejusmodi fraternitates certis san-
citæ fuerunt legibus, quas appellabant den Burgfrieden.
(rrrr). Sed ut redeamus, unde quasi divertimus, *Fœdera
Temporaria* ita sunt constituta, ut ad aliquod tantummodò
tempus durent, quod vel expressum & certo annorum nu-
mero determinatum, quibus elapsis, aut omnis cessat ob-
ligatio aut mutuo consensu de novo sunt renovanda &
confirmanda; vel tamdiu vim suam sit habiturum,
quamdiu Principes confœderati vixerint, alterutro
autem mortuo dirimuntur, sæpe tamen Principes,
qui cum populis fœdus ferunt, non tantum quamdiu
vixerint, sed etiam ut se mortuis in aliquot amplius annos
tres quatuorve amicitia continuari possit cavere consue-
verunt, ut in Fœderibus Francorum cum Helvetiis factum
memorat morum ille censor & Gallorum Politicus insi-
gnis BODINUS (ssss). *Perpetua*, alioquin æterna dicta,
ad posteros etiam transeunt & in perpetuum obligant. E-
brai societates firmissimas appellabāt *Fœdera Salis*, i. e. sem-
piterna, quòd nihil eorum, quæ concreta ex Elementis,
Sale sit incorruptius: & Romanos omnibus suis Fœderibus
æternitatem imposuisse legimus. Sic cum Latinis amicitia
contraxerunt, tamdiu duraturam, donec cælum terraq; eundem
subirent statum. Hæc autem Fœdera etsi per se renovatio-
ne opus non habeant, maximè tamen consultum videtur,
si eorundem rati habitio à succedentibus exigatur, ne isti
pacto Antecessorum se non obligari forsan existiment.

§. 16. Finis Fœderum in genere est conjunctio ani-
morum & Principum ac populorum consociatio &
in unum corpus coalitio. In specie verò ille con-
sistit in Religionis vel Regionis defensione. Sic *Fœ-
dus Schmalcaldicum* anno 1530. à Statibus Imperii Protestan-
tibus ob Religionem contractum esse testatur Incompara-
bilis CARPZOVIUS, Jctus consummatissimus & im-
mortalitate, quâ nunc fruitur, dignissimus (tttt). Item in
Com

Commerciis & negotiationibus, ut liceat sine impedi-
 mento negotiari, & liberè mercaturam quarundam rerū,
 aut omnium ultro citroq; exercere. Quale inter Dantiscū
 & Thuronium; & quale Hanseaticæ Civitates in aliis re-
 gnis tenuerunt. Londini in Anglia; Burgis in Flandria;
 Bergæ in Norrvvegia & in Russia Neogardiz. (uuuu). Ta-
 le & Turæ ab Antvverp. petierunt, ut XII. mercatorum
 collegium ipsis permittere vellent. (xxxx). Fœdus de-
 fensionis nihil aliud est, quàm quod contrahitur propter
 mutua auxilia præstanda; Idq; propterea, quia defensio
 omni jure licita (yyy), & quidem Divino Lev. 19 v. 18. Matth.
 22. v. 30. tale Josua cum Gibeonitis Jos. 9. David cum Simri 2.
 Sam. 5. Joab cum militum præfectis, 2. Reg. 11. &c. Naturali l.
 1. §. cum arietes, ff. si quadr. pauper. fec. (zzzz). Jure gentium
 l. 3. ff. de J. & J. (aaaa) Civili l. 45. §. penult. ff. ad L. Aquil. l. 1.
 C. unde vi. Canonico c. 2. 3. 18. Extr. de Homicidio. (bbbb).
 Mutuâ itaq; animorum conjunctione alter alteri confœ-
 deratorum indiscrimine succurrat necessum est. Quod
 qui negant, malè pereant, & Bartolum propterea in in-
 ferno cruciari Baldus confidenter asserit.

§. 17. Effectus deniq; in fide, ceu omnium Fœde-
 rum fundamento & basi, consistit. Nec non in mutuâ
 confœderatorum observantiâ, quâ secundum verba pro-
 missionis fidem datam servare, & auxilium promissum
 præstare tenentur. (cccc). Sapienter omninò Laco
 ille Agesilaus censebat: eos, qui perjurii sese astringerent, &
 homines à suis rebus alienare, & Deum sibi iratum reddere: E-
 contra, servatâ religione confirmare res humanas, quod cum
 his & Deorum faceret Numen, & homines iis maximè studere
 conspessent, quos conservare fidem viderent. Uti de eo me-
 moriæ prodidit CORNELIUS NEPOS (dddd). Etenim
 ut Poëta canit:

Non bove mactato cœlestia Numina gaudent;

Sed quæ præstanda est, & sine teste, fide.

Fidem ergò non modò inviolatam tueri oportet, sed et-
 iam ab omni suspitione remotam. Quæ res, opinor,

C 2

Roma-

(uuuu) Chytr.
in Saxon. lib.

23.

(xxxx) Besold.
class. 1. disp. Pol.
II. th. 22.

(yyy) Gailius
lib. 1. de pac.
publ. c. 16.

n. 6. VVar. ab
Erenb. lib. 1. c.
2. n. 18.

(zzzz) Gose-
an. lib. 1. Vari-
ar. lect. c. 20.

(aaaa) Boce-
rus de duello c.
18. n. 18.

(bbbb) Vid.
Besold. de jure
fœd. c. 1. VVa-
remund. lib. 1.
c. 2. n. 906.

EFFECTUS.
(cccc) Schön-
born. d. lib. 4.

Pol. c. 37. pag.
m. 473. seqq.
Braudlachs.

Epit. Jurispr.
Publ. d. c. 1. p.
215. Avenar.

Coll. Pol. disp.
12. th. 28.

(dddd) Corn.
Nep. in Vita
Agesilai c. 2.

n. 4.

(eeee) Livius
lib. 1. cap. 21.
(ffff) Florus
lib. 2. cap. 6.
(gggg) Valerius
Max. ab Erenb.
c. tr. de fœd. c. 3.
p. 312.

(hhhh) Florus
lib. 1. cap. 3.

(iiii) Plinius
lib. 37. cap. 4.
(kkkk) Ari-
stoteles ad A-
lexand. 13.
Videatur Er-
mergin Valerio
Max. Christi-
ano lib. 4. cap.
9. Schönborn.
loc. cit. p. 474.
Besoldus de
fœd. 1. 7.
(llll) 2. Reg.
21.
(mmmm)
4. Reg. 25. & 29
Paral. 36.

Romanos induxit, ut Fidem, quasi Deam aliquam, in Cap-
solio Jovis vicinam esse vellent. Quin jam olim vetustissimis
tēporibus Numa fidei solenne instituerat: ad cujus sacrariū
flamines bigis, currū arcuato vehi oportebat, manuq; ad digitos
usq; involutā, rem divinam facere: significantes, fidem tutan-
dam, sedemq; ejus etiam in dextris sacratam esse, (eeee). Ac
coluit sanē gens ista eam sanctissimē. Summa, inquit
FLORUS (ffff), Fœderum Romanis religio est. Cui subscri-
bit WAREM, ab ERENBERG (ggggg), contractus Fœ-
derum, inquit, erant simplicissimi apud Romanos, & tamē
firmiores nostris juramento confirmatis; id quod deinceps de-
monstrat.

§. 18. Quam severē etiam in eos, qui Fœdera ne-
glectui habuissent, animadverterint, docet Cicero cum
alibi, tum præcipuē in 5. Verr. Ut nulla tam gravis ex-
cogitari possit coercitio, quā non dignē ruptores isti affi-
ciantur. Quo fine Tullus Hostilius ruptorem Fœderis
Metium Suffetium religatum inter duos currus, pernici-
bus eqvis distraxit (hhhhh). Quia ut Adamas, si frangi
contingat malleis, in minutissimas disilit crustas, adeo
ut vix oculis cerni queant; ita arētissima necessitudo in
summam vertitur simultatem, si quando contingit dirimi
(iiii). Et semper quasi divina necessitate per-
juris istis adjuncta pœna, ut & divinam ultionem
& humanam infamiam incurrant (kkkkk). Notum
hoc est ex historia Saulis, cujus posteritas ob violatam à
Saule fidem Gibeonitis quondam à Josua datam, in cru-
cem est acta (llll). Notum ex historia Zedechiæ Regis,
qui fidei datæ & jurejurando confirmatæ immemor, ubi
cum Ægyptiorum, Ammonitarum, Moabitarum & Idu-
mæorum Regibus, adversus Nabuchodonosorem conju-
rasset; post triste internecionis liberorum suorum specta-
culum exoculatus, catenisq; vinctus, Babylonem abductus,
regnum unā cum urbe & templo perdidit (mmmm).
Notum deniq; hoc ex funestissimā & luctuosissimā Chri-
stianorum clade, ad Varnam acceptā, cui causam præbuit
rescis-

rescissio Fœderis, ex instinctu Juliani Cardinalis Legati Pontificii, negantis valere juramentum, Papâ inconsulto cum hostibus religionis percussum. Nimirum decennalis pax, inter Ladislaum Ungariæ, & Amuratem, Turcarum Reges, erat sancita, & jurejurando, nostris in Evāgelio, illis in Alcorano firmata. Amurates itaq; cum tuos in pugna Varnensi à Ladislao Rege, qui violato fœdere prior bellum fecerat, non sine magnâ cæde fugari conspicaretur, ad expianda fidei violatæ piacula, ad ulciscendam Christianorum perfidiam, & ad vindicandum jus rescissæ pacis, depromptum è sinu codicem initi sanctissimè fœderis explicuit, intentisq; in cœlum oculis, ingeminans: *Hæc sunt (dixit) Christiæ crucifixæ fœdera, quæ Christiani tui mecum percussere, per numen tuum sanctè jurarunt, datamq; sub nomine tuo fidem perfidè violarunt. Nunc Christe, si tu es Deus, ut ajunt, & nos hallucinaver, tuas measq; hic injurias ulciscere; & his, qui nomen tuum nondum agnovère, violatæ fidei pœnas ostende.* Vix his dictis pugna, quæ primùm anceps, inclinare cœpit, & primùm Proceres, Episcopi, Varadiensis & Agriensis mox Julianus Legatus, fœderis violati svasor & dāδδχ cecidère: postremò Rex ipse Ladislaus telorum sylvâ inter confertissimos hostes prostratus est; cujus caput abscissum, hastæq; adfixum, Amurates pro vallo statuit, his vocibus concitatis: *Tales justus Deus poenas, exaudit Turcarum imprecationib; à perfidis Christianis exigit.* (nnnnn) Hoc exemplo Principes, & quotquot Fœdera atq; conventiones incunt, meritò commoveri debent; ut divinæ vindictæ memores, nomine Dei omnipotentis fraudulenter, aut compendio quæsito, non abutantur; utpote qui non inultum finit sui nominis abusum.

§.19. Fœdera igitur justis de causis semel inita absque urgente necessitate dissolvenda non sunt; sed firmiter sanctèq; tenenda (ooooo). Id quod requirit tam Jus divinum, fidem hosti datam, inviolatam servare man-

(nnnnn) Bonafinius lib.6. de rebus Ungaricis cap.3. Chalcondylas lib.7. Joſius lib. 2. Abrahami de la Faye hort. pol. histor. p. m.170. seq.

(ooooo) Besoldus lib.2. Politic. c. 6. §. 39. VVar. ab Erenberg. in Medit. pro Fœder. König. part. 1. Pol. c. 5.

(ppppp) Exod.
20. v. 7. Lev. 19.
v. 11. & 12.
Rom. 3. v. 24.
Matth. 5. v. 35.
(qqqqq) arg. l.
1. ff. de pact. &
l. 1. ff. de constit.
pecun.

(rrrrr) l. 5. C. de
obl. & act. l. 46.
ff. de pact. Vid.
Hels. Ulr. Hun-
nius in Resol.
Jur. Civ. lib. 1.
tr. 1. q. 6. & 7.
it. in tr. de pa-
ctis c. 3. q. 14. fol.
271.

(sssss) B. Pa-
rens meus de-
sideratiff. disp.
de Magistr.
Polit. q. 12. &
B. Gerhard. in
Locc. Theol.
Tom. 6. pag. m.
804.

(ttttt) Brand-
lacht. d. Epit.
J. P. c. 1. p. 216.
Avenar. disp.
12. Coll. Pol. th.
29. Grotius d.
cap. 15. num. 15.

dans (ppppp); quàm Naturale, ne data fides frangatur, dictitans. Hoc enim fieri non potest, quin violetur veritas, fidelitas, ac justitia. Veritate enim quis obligatur, ut quod promittit, sincero animo promittat, nisi mendax audire velit. Fidelitas urget, ut quod promissum est, ipso opere impleatur, ne perfidię vitium imputetur. Justitia deniq; suo quodam jure poscit, ut quis illud, quod alteri pacificando promisit, exequatur. Et cum nihil humanę fidei conveniat magis, quàm ut ea, quę placuerunt & porro placeant (qqqqq); cum etiam ea, quę initio ante conventionem voluntatis erant, postea per contractum & fœdus & obligationem, quę in eo semper datur, fiant necessitatis, & revocari & rescindi sine alterius consensu non possint (rrrrr); igitur etiam Princeps vel populus, si à Fœdere legitimo temerè recesserit, à perfidię scelere absolvi non poterit, quamvis etiam vi & metu ad talem transactionem faciendam fuerit adactus. Pluribus id ostendimus in *Spicilegio nostro Zinsnudlow practico-secundo*, Zinsnu. 2. Monemus tamen, quòd jure à Fœdere recedat is, cui fœdus ex alterâ parte non est servatum, sed prius violatum, vel ut violaretur, aperte tentatum. (sssss). Fœdus enim secundum Auctores (ttttt), justè dissolvi potest vel per voluntatem utrarumq; partium, tempore scilicet elapso; vel circumstantiis ejus cessantibus, vel mutuo confœderatorum dissensu, vel etiam alterâ parte fœdus atrociter violante. In eos igitur, qui per justam rationem à Fœdere discedunt, nihil temerè statuendum est arg. l. 14. 15. & 16. ff. pro Soc. Atque hæc sunt, quę fudimus potius, quàm scripsimus. Multa poterant addi, quę de industria omisimus; plura immutari; hoc tamen Typi negabant, quibus, ut primum aliquid in schedas effusum, tradendum erat. Quod spero abunde conciliabit veniam; nec minus & temporis, quod & aliis mihi destinandum fuit operis, & hujus chartę valdè angustā angustia. Finem faciat solennis illa Beatissimorum Martyrum formula:

DEO GRATIAS!

Fœdera sancta Deus Cœli fundavit ubiq;,
Nil in natura fœderis impos agit.
Omnia, quæ mundus fovet, arcto fœdere constant,
Legeq; divina sunt bene juncta sibi.
Fœdere res hominum florent, sine fœdere langvent,
Vis unita hominum fortior esse solet.
Propterea Reges populorum fœdera magni
Censent, terrarum his fata secunda movent.
Talia proponis nunc, PRÆCLARISSIME SCHARFI,
Dum de fœderibus disseris arte bonis.
Nobile sic Nomen Genitoris rite tueri
Conaris, Deus his dicat in usq; bene!

*His CL. DN. ADJUNCTO feliciores in
omnibus successus prec.*

Johannes Deutschmann / D.

Nunc iterum cathedram scandis, Clarissime Scharfi,
Adjunctos intersis maneatq; viros.
Hinc multi summis studiis gratantur amici,
Et Patrem & Natum mille per astra ferunt.
Perge tuas Musas, pietatem perge dietim;
Non erit ingenii fama sepulta tui.

*Ita ex animo gratulatur optimo
optimi Parentis Filio*

**Michael Wendelerus,
D. & P. P.**

Conscendis cathedram, Müllerere, ac pangere justa
Fœdera conveniat quâ ratione, doces.
Scharfius istud opus, Magni Patris æmula proles
Dirigit, & tibi dux ac moderator adest.
Gratulor, ac Vobis successus opto supernè
Felices, quoniam carus uterq; mihi.

Michael Valtherus, P. P.

Fœdata multo quando livent jugera
 Cruore, & albent ossibus,
 Murisq; sulcos duxit hostis insolens,
 Pacemq; jam pars utraq;
 Pertæsa tristes Martis efferi minas
 Fausto reposeit omine;
 Firmo coitur hinc & hinc coagulo,
 Adamantinoq; vinculo
 (FOEDUS vocatur) colligantur pectora
 Rumpenda nullis seculis.
 It fœcialis, atq; poscit sagmina,
 Rex, pura, dicit, tollito.
 Sus ic̄ta grandi sternitur saxo, Patris
 Qvod dextra patrati levat,
 Perennis obses pacis, atq; mutui
 Non vana amoris tessera.
 Cur ergò Vobis apta Paci nomina
 Confibulandæ, prælia,
 Sed incruenta & eruditis unicè
 Cernenda telis suggerunt?
 Qvis Vos tumultûs jusfit inter fœdera
 Sancita ritè quærere?
 Qvin ite, Amici, ô ite, dextras jungite!
 Sacra abstinete fœdera
 Turbare rixis, ac duello fomitem
 Alium erudito sumite.
 Erro. Per ipsa quæritur Pax prælia
 Fœdusq; factionibus:
 Exerite tela, fortiter collidite
 (Nemo improbabit) dexteras.
 Jam post triumphos Cynthus, post fœdera
 Prævisa verbenam parat.

Autographi f.

Sam. Benedictus Carpzov,
 Poës. Prof. Publ.




05 A 384

ULB Halle 3
004 210 662


VOM







DE FOEDERIBUS
DISSERTATIONEM POLITICAM
SUB AUSPICIIS DIVINI NUMINIS
MORE INSTITUTOQUE MAJORUM
Pro LOCO

IN AMPLISS. FACULTATE PHILOSOPHICA
BENEVOLE SIBI ASSIGNATO

P. P.

M. JO. FRIDERICUS SCHARFIUS,

RESPONDENTE

M. JOHANNES MÜLLERO,

HAUSVALDÄ-LUSATO, ELECTORAL. ALUMNO
AD D. XXI. MENS. JUNII, HORIS SOLEMNIBUS
VENTILANDAM.

WITTEBERGÆ,
LITERIS EXCUDEBAT JOHANNES HAKE,
cl. lcc. LXX.